UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

32. De Ioanne Zimisca Imperat. cui D. virgo victoriam contra Rossos per S. Martyrem Theodorum obtinuit, & de gratitudine Zimiscæ erga sanctum Theodorum, & B. virginem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De Ioanne Zimiſca Imperat. cui D. virgo victoriam contra Roſſos per S. martyrem Theodorum obtinuit, & de gratitudine Zimiſcæ erga S. Theodorum & B. virginem.

CAP. XXXII.

IMperatore Ioanne Zimiſca contra Roſſos prœliante, cùm diu victoria anceps eſſet, Romani diuinitus adiuti eſſe perhibentur. Nam & procellam Scytharum facies verberaſſe, & quendam in equo à multis viſum, qui Romanos defenderet, & Barbarorum Phalanges conturbaret. Eo porrò die memoria Theodori ducis inſignis martyris celebrabatur. Theodorum porrò ducem Romanis contra Barbaros auxilio fuiſſe, ex eo cognitum eſt. Muliercula quædam Byzantia, religioſa & modeſta, pridie illius pugnæ in ſomnis, ſanctam Deiparam procedere cum magno comitatu videre viſa eſt, ac dicere: Domine Theodore, meus & tuus Ioannes grauia certamina ſuſtinet, properè igitur illi opem ferto. Id ſomnium ea quibuſdam aperuit, qui die notato, cœperunt, id pridie poſtremæ pugnæ contigiſſe. Imperator verò & martyri pro nauata opera gratiam referret, elegantiſsimum ei templum Euchaniæ, ſiue Euchaitæ ſtruxit, vetere diruto, in quo corpus eius multis certaminibus defunctum repoſitum erat, & vrbem veteri nomine abolito, Theodoropolim appellauit. Bello Roſsico ad hũc modum

Theodorus martyr Romanis auxiliatus.

Gratitudo Imperatoris erga S. martyrem.

confecto, Imperator Byzantium reuerſus, ab
omnibus ordinibus ſplēdidè excipitur, Nam
& Patriarcha cum omnibus ſacerdotibus ei
obuiam eſt progreſſus, & Senatus & populus
coronas offerentes, & currum cum quatuor
albis equis, rogaruntque, vt eo conſcenſo, tri-
umpharet. At ille coronas accepit, & equo
ſingulari candido triumphauit, & veſtibus
Bulgaricorum regum currui impoſitis, ſupra-
que eas imagine Deiparæ collocata, currum
anteceſsit: Poſtmodum quoque CHriſti ſe-
uatoris templum in Chalce magnificum ex-
truxit.

Imper. Deiparæ imaginē currui triū-phali & ve-ſtibus hoſtiū ſuperimponit

Petrus venerabilis, Abbas Cluniacenſ. libr.
cap. 29 miraculorum. De mirabili viſi-
fratris cuiuſdam Carthuſiani, quem à dæ-
monibus grauiter anguſtiatum, virgo ma-
ab eorum impetu vindicauit, & quæda-
eum documenta obſeruare monuit.

CAP. XXXIII.

MVlta quidem in ſacro ordine Cart-
ſienſi miracula contigiſſe: à plurib-
accepi. Sed quia ipſi humilitatis v-
tute: qua ſemper ſerui Dei miranda opera
quanto poſſunt niſu, occultant: vix aliquid
his prodere alicui voluerunt: rara immò
riſsima, quibus omnimoda fides accōmo-
da eſſet, ad me miracula peruenerunt. Quæ
men abſque dubio certa comperi: tacere
volo nec propoſui. Fuit ex eorum numero
quidem monachorum, ſed conuerſorum,